Paradigma dicitur a Fabio in qnto Exēplū: est enīm Exēpli hortatis uel dehortatis enarratio: Hortantis: ut Anthenor potuit &c. Item Pallas ne exurere classem arguiū &c. Dehortantis: ut at nō sic phrygius penetrat lacedaemonia pastor: ledāemq; helenam troianas uexit ad urbes. Paradigmo autem exemplifico dicit.

Ixxvii.

paradignyō

Sep̄ relata quidē sētētia Epimone habet  
Intercalates uersus illud manifestant.

epimone

Incipe mænaliōs mecū mea tibia uersus.

Epimone dici potest perseuerātia: ut supius in Epizeli dictum est numero. xxxvii.

Ixxviii.

hypallage  
hypo  
allogē

Sí ponat agnes patiens res: uel uice uersa  
Siue modo simili tibi sit conuersio facta  
Trade rati uētos dicas: Hypallage habet.

Hypallage dicitur submutatio: nam componitur ex hypo quod est sub: & allage mutatio: Dicit autē figura quin uerba per aduersum intelliguntur: ut trade rati uētos pro rati uētis: Ab aliquibus uero Hypalla

## FIGVRAE

ge dicitur subalternatio & Hypallato subalterno.  
lxix

Vrbē q̄ statuo ē uestra: Antíptosis habet'

Antíptosis dici potest latine pro casu figura est quā  
do calus pro altero casu ponitur: ut urbem pro urbs.  
Fit. n. ex anti quod est pro & ptosis casus. pto autē pro  
ducitur: quia per. o. magnum scribitur. lxxx.

Quando adiectiuō in substantiū resolutū

Endiadis fiet: Calybē frēosq̄ momordit.

Vteris Endiadys pateris libamus & auro.

Endiadys figura est quū resolutur substantiū in ad  
iectiuū: ut calybē frenosq̄ momordit: p calybeos fre  
nos. Et pateris libamus & auro: id est pateris aureis p  
endiadym ut Seruius docet libro secundo geor. Endia  
dys autem cōponitur ab henqd ē unū: dia p. & dyo  
duo. i. quādo unū p duo dicitur: sed cū hen hēat. h. po  
tius hēdiadys cū. h. scribi deberet. lxxxi.

Sī dicas minus: plus signes Liptore habet'

Munera nec sperno dulcis amice tua.

Liptote dici pot defectiuā: Nā a Lipo qd ē deficio  
uel hōquo deriuat: Fit aut: quū minus dicitur & plus  
intelligitur: ut munera nec sperno: id est libēter accipio.  
lxxxii.

Tēporis eē solet descriptio Chroographia

Vertitur interea cōclum: & ruito ceano nox

Cronographia dici potest temporis descriptio: chro  
nos enim tempus est: & graphia scriptura. Chronicos  
uero temporalis dicitur. Chronizo autem tardo moror  
perseuero. lxxxiii.

Topographia loci seu mōdi cosmographia

Lucus in urbe fuit media lētissim⁹ umbra

Topographia loci descriptio: Nam Topos locus:  
& graphia scriptura dicitur. Hæc eadem Topothesia  
dici potest: Topos enim locus & Thesis positio dici  
tur. Est autem Topographia ueri loci descriptio: To  
pothesia ficti auctor Lactatius. ii. th. & Serui. i. æn.  
Cosmographia dicitur mundi descriptio. Cōpōitur at  
ex Cosmos qd est mundus: & graphia scriptura pictura

hypallato

antiptosis

antiptosis

liptote

lipso

chronogra

phia

chronos

chronicos

chronizo

topographia

cosmogra

phia topos

topothesia

topo graphia

cosmogra

phia

coscos

# FIGVR AE

cosmeo  
cosmicos  
cosmios  
cosmos  
mondus  
anthypo  
phora

ue: Cosmeo aut orno significat. Cosmicos mundan<sup>2</sup> dicitur. Cosmios ornatius honestus. Cosmos ornamētū quem & latini mundum uocant: & mundus orbis etiā dicitur.

lxxxiii.

anti  
hypophero  
antitheton

Respōdēs ad quā sunt forsitan obīicēda  
Das anthypophorā:cū nīl tamē obīicīatur  
Sū pius heu doleo nam mihi sāpe nocet.

Antipophora sit quā tacitū obiectionē respondetur  
posset me quisquā interrogare: quum dico Sum pius:  
heu doleo: cur doles: iccirco respondi: nam mihi sāpe  
nocet Anti contra dicit hypophero subduco: uel suffe  
ro: quasi contraria subductio.

lxxxv.

Antitheton grāce: contrapositūq; latine.

Frīgida pugnabant calidis: humētia siccis  
Mollia cū duris: sine pōdere habētia pōd⁹

antitheton

Antitheton dici pōta nostris cōtrarium uel compoſi  
tum: nam figura est quum contraria contrariis oppo  
nuntur: ut patuit per exempla. Antitheton cōtraposi  
tum uel contentio dicitur ut Fabius. ix. docet. Sed nō  
uno fit modo nā & fit si singula singulis opponuntur  
ut uicit pudorem libido. timorem audacia: & bina bi  
nis: non nostri ingenii est: uestri auxiliū cl: & sīnia e sen  
tentīis. dominetur in contionib⁹: iaceat in iudiciis. Cui  
cōmodissime me subiungitur ea species quāe distinctio  
dicitur. Odit populus romanus priuatam luxuriā: pu  
blicā magnificentiā diligit.

lxxxvi.

Diligo me: tu te: solet Idiophasis esse.

Allophylis tu me: me uel te diligīt ille.

Idiophasis uenit ab idios grāce. latine proprius: &  
phosis. i. fama uel dictio.

Allophylos dici potest a ienigena: nā cōponitur ex Al  
lo quod est aliud: & phylos quod est genus: gēs: natiō  
lxxvii.

brachylogia

Brachylogia refert q̄ plurima sub breuitate  
Ferte cīti ferrū: date tela: impellite retmos:

brachylogia  
brachylogos

Brachylogia dicit a nostris breuiloquiū: nā a brachi  
quod est breue cōponitur: & logia locutio. Brachylo  
gos autē breuiloquii. Fit aut Fabio t. sc lib. viii. quū  
plura paucis cōplexum ur: ut Cicero cōtra concionem

## FIGVRAE.

Metelli teste eodem libro nono: qui indicabant eos uocari: custodiri ad senatum adduci iussit: idem uero genus dicitur etiam Asynthon eodem auctore.

lxxxi. iii.

Fertur Erotema at quoties interrogat ullus.

Quid melius turdo: uulua quid dulcior apula.

Erotema uel Erotima interrogatio dicitur. Erotao interrogatio. lxxxix.

Fert ephexegis quae explanat prius acta.

Tolle fuga turnu: atque instantibus eripe sati

Epexegesis uel Ephexegesis interpretatur expositio ab Epi præpositione: & exegesis interpretatio expositiio Exegeomæ autem expono. xc.

Absenti sermo directus: Apostrophe hetur:

Sic loquor absenti scripta dum mittto salutem

Hanc tibi priamides mittto ledea salutem.

Apostrophe dicitur a Fabio. li. ix. auersus sermo siue auersio. Est aut figura locutiois: quu ad aliquem per secundam personam fit conuersio: ut te nunc alloquor Aphricanc. Apostropho aut auerto significat. xcii.

Pars i frustra secata dic synthesis esse figuram

Synthesis dici potest compositione. Fit autem quum singulare nomen collectivum verbo plurali cōponitur ut populus clamant. xcii.

Personaque nouas formas das prosopopœiam

Qui modo nasonis fueramus quicquid libelli.

Prosopopœia dicitur personæ fictio: ut Fabius in non scribit. Cōponitur autem a Prosopon quod est persona: & Pēto facio uel fingo. Figura est: uel quando inanimatum ad animatum loquitur: ut patuit in exemplo: uel animatum ad inanimatum: ut Horatius. Quid amplius o mare & o terra adeo: Vel quando etiam ad inanimatum ipsum quoque inanimatum loquitur: ut apud Met. libro secundo: Terra ad maria loquitur & flumina. xciii.

Euphonía bonus sonus est: ut dictio pulchra.

Tytides pro tytides sic aptius aūunt.

Euphonia transierts a Prisciano bona sonoritas: a g iii

syntheton

Erotema

erotaō

ephexegis

epexegesis

epi

exegesis

exegeomæ

apostrophe

apostropho

synthesis

prosopopœia

prosopon

pēo

euphonia

# FIGVRAE

Quintiliano autem uocalitas ab aliquibus bona vox.  
xciiii.

alleotheta  
allœosis  
alleotheta  
allos  
theta  
allœos  
alloeo  
alloœolis

emphasis

emphasis  
emphæno  
emphanizo

Confundit numerū: casus: gen? : al'eotheta  
Sive Allœosis: quæ permutatio fertur.

Alleotheta dici potest latine aliter posita Allos enim est aliter: & Theta posita Priscianus uero libro. xyii. interpretatur. Alleothetam uariationē Allœos enim diuersus ac uarius dicitur. Alœeo p'muto Allœosis pmutatio. Confundit autem numerū: ut pars in frusta secant: Casus ut Tu mihi quodcūq; hoc regni: p' hoc regnū. Itē urbē quā statuo uelstra est: pro urbs. Genus. Virg. i b. Dulce satis humor: depulsis arbatus hædis: Læta salix scero pecori: mihi solus Amyntas. Ad dulce enim quod est neutrū tam foemina q; masculina reddidit.  
xci.

Altior est sensus quotiens q; quē tibi uerba  
Declarant: uel quam dicas plus significat.

Aut et quod non dicas: scito emphasis esse

Amplior uirtus ē Emphasis: ait octauo Fabius: at  
tiorem præbens intellectum q; quē uerba per se ipsa de  
clarat. Eius duæ sunt species. Altera quæ plus signifi  
cat q; dicit. Altera quæ etiā id qd nō dicit. Prior est &  
apud Homerū. quum Menelaus graios in equū descen  
disse ait: Nam uerbo uno magnitudinē eius ostendit. Et  
apud Virgilium: Uenissum lapsi per funē: nā sic quo  
q; magnitudo demonstrata est. Idē Cyclopa quū iacuif  
se dicit per antrum prodigiosum illud corpus spatio lo  
ci measus est. Seques positū est in uoce aut oino sup  
pressa aut etiā absissa: supprimitur uox ut fecit pro li  
gario Cicero Quod si in tanta fortuna bonitas tanta  
nou est: quā tu p' te: per te inquā obtines. intellecto qd  
loquo: Tacuit enim illud quod nihilomin' accipim':  
non deesse homines qui ad crudelitatē cum impellerent  
Virgilium itē primo geor. Emphasis fecit auctore Ser  
vio. Dixit enim Quum iam glandes atq; arbuta sacrae  
deficerent sylue & uictū dodona negaret: significatur  
enī etiā id qd non dicit. hoc est non solum aliæ sed etiam  
sacræ: nāq; harū sterilitas aliarum denotat infecundit  
atem. Emphasis autem dicitur significatio demonstratio  
effigies. Emphæno manife sto. Emphanizo declaro de  
monstro.  
xcyi.

## FIGVRAE

Quū plures uoces uno accentu legis esto  
Lector hyphē. etenī uel qñquidē māifestat

Hyphen dici pōt sub uno. hypo enī sub & hen unū  
Significat. Et tunc fit quū plures dictiones sub uno ac-  
centu leguntur: ut quandoquidem & similia. Est autē  
accentus: id est uirgula ab ultima littera primæ dictio-  
nis ad primā sequentis subducta: ut theologos.

xciij.

hyphē  
hypo  
h̄

olimposis

epanodos

olimposis

epanodos  
epi ana  
hodos

Epanodos grāce est: regressio quippe latē  
Hic par est uobis: nō par mihi Iulius arte.

Epanodos grāce dicitur: nostri regressionē dicūt: ut  
Fabius ait libro nono. Nec solum in eodem sensu: sed  
et in diuerso eadem uerba: ut p̄cipum dignitas est pe-  
nī par: non par fortasse eorum qui sequebantur. Item  
magnus est labor dicendi: magna est res.

Epanodos fit ex Epi & Ana: quae duo simul etiā &  
iterum siue retro idicant: & hodos uia: quali retro uia  
id est regressionem indicet: ut p̄cipatus bonus est: nō  
bonus autem qui in tyrannidem comutatur.

xcyiii.

Alterius iuxta formas aliquid reperitur:  
Descriptū quotiens catatyposis uocitatur:  
Omnia mercurio similis uocēq; coloreq;  
Et crines flauos: & mēbra decora iuuentæ

Catatyposis dici potest secundum tūl iuxta figuram  
cara enim secundum: & typos figura dicitur. Typosis  
formatio impressio. dicitur autem tropus quū aliquid  
iuxta alterius formā describitur: ut Virgilii quarto.  
Omnia mercurio similis &c.

xcix.

catatyposis

cata typos  
typosis

Si qua p excellēs posuere catexochē hētur.

Catexochē dici potest per excellentiam: ut Virgi. in  
geor. boues p excellentiā nolauit: quū dixit que cura  
boum quis cultus habēdo sit pecori. ibidē & uictū do-  
dona negaret. Cata hic p significat. exochē eminentia  
uel excellentia dicitur. exochos egregius excellens.

catexochē

cata exochē  
exochos

Pro astuto sapiens fit paradiastole dīctus.

Paradiastole fit teste fabio libro nono quum te pro  
astuto sapientem appellas: pro cōfidente forte: copo-

g iiii

paradyastole

FIGVRÆ

para  
diastole

nitur autem ex para: quod est iuxta: & diastole dilata-  
tio. nam tunc quoq[ue] fieri dicimus quum rem nostrā in  
terpretatione dilatamus: sic prodigum dicimus libera-  
lem temerarium fortē & similia.  
ci

euocatio

Dic ego paulus amo euocatio dicit̄ esse &  
Tu Cicerō curr̄is

Euocatio est immediata reductio tertiae personæ ad  
primam vel secundam personam: ut ego Antonius scri-  
bo tu Socrates curr̄is.

ci.

appositio

Est appositiō coniunctiō quippe duorum  
Substantiū declarant seque uicissim  
Mīratur molem æneas magalia quondam

Appositiō est cōtinua coniunctiō duorū substantiū  
rum quorum alterum declarat alterum: ut proximus il-  
le procas troianæ gloria gentis. Requiruntur aut̄ in ap-  
positione duo substantiū in eodem casu.  
ci.

Syllepsis siue & conceptiō triplíciter fit  
Et genere & numero & psona: idignius aut̄  
Hic deducendū est ad dignius optie lector

Conceptiō seu syllepsis est adductio idignioris ad di-  
gnius. Fit aut̄ tribus modis: genere, numero, & psona  
genere ut masculinū concipiāt fœmininū: & neutrū  
fœmininū uero concipiāt neutrū: ut Quintus & Mar-  
tha sunt mei. Pyrrhus & hoc animal sunt tui: Martha  
& hoc animal sunt nostræ. Lucanus prio. Vis erat hic  
leges & plæbiscita coactæ. Masculinū genus dignius ē  
fœminino & neutro: & fœmininū neutro. Numero:  
ut pluralis numerus cōcipiat siagularem: vel singularis  
dictio plurali uerbo reddit̄: hoc enim schema late pa-  
tet ut Donat. ait ut discipuli & pceptor legūt vel disci-  
puli cum pceptor legūt: iste & ille gaudens. Persona  
ut prima cōcipiat secundam & tertiam: secunda concipiāt  
tertiām Prisciano auctore libro decimosecūdo & deci-  
moseptiō: prima. n. dignior est secūda & tertia secūda  
uero dignior est tertia. dic ergo ego & tu legim⁹: ego &  
ille scribim⁹: ego & uos & illi fecim⁹: tu & ille scribitis.  
Idem Manci. ad lectorem.

# DE POETICA VIRTUTE

Apollodorus ut tradit Cælius auctore Fabio incō  
prehēsibilia p̄tis hui⁹ p̄cepta ex̄stimauit. Itaq; si oīa  
minime p̄secut⁹ fuerim quid mirū: cū res sit quodāmō  
infinita. Illud tamē prete: eat neminē de figuris extare  
hodie nullum opūculū: qđ quidē ita plenē dilucideq;  
P̄cipiat uti hoc nostrū. Conserētibus res ipsa ostēdet.

Finit Carmen de Figuris.

Ant. Mancinellus. Artiū & mediciā Doctori eximio  
Philosopho item amplissimo Antonio petrica.



Oetas V eliternorū & latii pre  
stantissime doctor eloquētiā bonosq; mores efficer ēpluri  
mī & iure testant. Vñ Fabi' uo  
lumine. x. plurimū dicit oratori  
cōferre Theophrastus lectiōe  
poetar̄ multiq; eius iudiciū se  
quītūr: neq; imerito. Nāq; ab  
iis in reb' Spiritus: & in uersib'  
sublimitas: & in affectib' mo  
tus oīs: & in psonis decor peti  
tur. Idē paulo iferi⁹ ait Homē  
rū oībus eloquētiā p̄tibus exē

plum & ortum dedisse. Strabo etiam primo lib. Quis  
Homero prestantior ad eloquendū: de morib; aut  
cum multæ & claræ & dignæ in eis sententiae: ut appa  
rebit: tū ipse Naso testimoniū p̄beris: enim de arte uo  
lumine. iii. scribit.

Adde q; insidiāe sacrīs a uatibus absunt.

Et facit ad mores ars quoq; nostra bonos.

Et deus in nobis sunt & commertia cœli.

Sedibus aethareis spiritus ille uenit.

Fabius item in. x. de Alcaeo poeta ait: multum ēt mo  
ribus confert. Strabo quoq; uolumine primo commis  
morat poeticam ab ineunte nos aetate ad uiuendi ra  
tiones adducere mores & affectiōes edocere: res ge  
rendas cū iucūditate p̄cipere: & iccirco græcor̄ ciuita  
tes ab ipso primordio eorū liberos in poetica eruditissē.  
In iuria igitur a quibusdā dānari uident: p̄sertim q; a ca  
tholica fide remoueant eis iniugilates. Id qđ ego fal  
sum corſidē poetarū uerbis ostendā. Decem nāq; legis  
p̄cepta in iphis reperiemus. Septē quoq; mortalia uitia  
illos & damnare & prohibere uidebimus. Plurima itē  
q; optima edocere: q; & tituli monstrant. Vale patriæ de  
cus. Datum Calē. Augu. M.cccc. lxxxi. i.

# VIRTVS

De poetica virtute est et studio humilitas  
tis impellente ad bonum.  
Poetarum laus.tit.i.  
De studio humanitatis.tit.ii.  
Vnum deum patrem omnipotentem creatorem coeli  
et terrae omniumq; rectorem.ti.iii.  
Deum esse ubiq; ti.iiii.  
Deum esse omnibus aequum.ti.y.  
Deum gaudere fide.ti.yi.  
Deum gaudere sola etiam uoluntate.ti.yii.  
Deum colendum & non speruendum ti.yiii.  
Deum blasphemia ti.ix.  
Christum uenisse excoleo & uirginem ti.x.  
Me iures uana per eum ti.xi.  
Fidem seruandam ti.xii.  
Sabbata sanctifices ti.xiii.  
Natali die & orandum & sanctificandum ti.xiv.  
Casta placere deo.& superis ti.xy.  
Habes in honore parentes ti.xyi.  
Non occisor eris ti.xyii.  
Non sur.ti.xyiii.  
Non moechus ti.xix.  
Non testis ini quis ti.xx.  
Non ulli nuptiam cupias ti.xxi.  
Nec rem cupies alienam ti.xxii.  
De superbia & uanagloria ti.xxiii.  
De auaritia ti.xxvii.  
De luxuria ti.xxy:  
De ira ti.xxyi.  
De gula ti.xxyii.  
De inuidia ti.xxyiii.  
De accidia ti.xxix.  
Vota & preces agendas. xxx,  
Poenitentiam iuquare. xxxi.  
Non credendum cantib<sup>2</sup>. xxxii.  
Solā peccādi uolūtātē hēri p factō criminē. xxxiii.  
Festa luce non esse uendēdum emendumue. xxxviii.  
Vindictam quārē non debere. xxxv.  
Animas immortales .xxxvi.  
Infernū esse malorum pœnam. xxxvii.  
Poniri post mortē q ante nō purgat ut scelus. xxxviii.  
Paradīsum seu beatōrum locum ioueniri. xxix.  
Impium displicere deo. xi.  
Quid orandum a deo. xl.

## VIRTVS.

Ira dei quid possit. xlvi.

Venena non danda nec scelera cogitanda. xlviij.

Cultum honestum fore. xliiiij.

Quales esse oportet. xli.

Alcam fugiendam. xlii.

Non esse publicanda malefacta. xliiij.

Sacra non tangenda a prophanis. xliii.

Non esse facinus legere molles uersus. xlvi.

Quare mortalium quidam a dei cultu abhorrent. I.

## POETARVM LAVS.

tl.i.

Cicerone pro Archia



T qui sic a summis : eruditissimis  
misq; hoib; accæpim? : Cæ  
terū rex studia & doctrina  
& pceptis & arte cōstare: poe  
tā natura ipsa ualere & mētis  
uiribus excitari: & quasi diuī  
no quodā spiritu inflammari.  
Quare suo iure noster ille En  
nius sanctos appellat poetas  
q; q̄si deorū aliquo dono atq;  
mnnere cōmēdati nobis eē uideant. Sit igitur iudices  
scūm apd uos hūanissimos hoies hoc poetæ nomē qđ  
nulla unq; barbaria uiolauit. Saxa & solitudines uoce  
rindēt. Homerū Colophoii ciuē suū eē dicūt. Chii suū  
uendicāt. Salaminii repetūt. Smyrnii uero suū eē cōfir  
mant. Charus fuit Aphricano supiori noster Enni? ita  
q; ēt in sepulchro Scipionū putat is esse constitutus.  
Quid n̄ hic magn? q; cū uirtute fortunā aquauit Nō  
ne Theophanē mitylenæū scriptorē rerū sua rū in cō  
cione militū ciuitate dōauit & nostri illi fortes uitī sed  
rustici ac milites dulcitudine quadā gloriæ cōmoti qua  
si participes eiusdē laudis magno illud clamore appro  
bauerunt.

Plynus li.yii.c.xxi.

Alexander magnus iter spolia Darii psarū regis unguē  
torū scrinio capto qđ erat auro gēmisq; ac margaritis  
pciosū uarios eius usus amicis demonstrantib; qn̄ tede  
bat ūguēti bellatorē & militia sordidū imo hercule iqt  
librorū hōeri custodiae det ut p̄ciosissimū hūani ai op?  
q; maxie diuite ope seruaret Idē Pindari uatis familie  
p̄eatibusq; iussit pcere quū thebas rapet: Arist. philo  
sophi patriā suā credidit Archilochi poe tae intersecto  
res Apollo arguit delphis. Sophoc ē tragici cothurni  
principē defūctū sepeliū liber p̄x iussit obfidētibus mēc

## VIRTVS

tia lacedæmonis lysandro eoz rege inqete sæpi? ad  
monito ut pateret humari delicias suas. Requisuit rex  
Quis supremū diē athenis obiūset: nec difficulter ex  
iis q̄ deus significasset itellexit: pacēq; funeri dedit.

Aristoteles.i.met.

Philomythes & fabularz amator ē aliqualiter phi-  
losophus q̄a fabula ex mirabilib? cōstituit. *Αὐθεντική*  
aut fabulor est nobis *μύθος* fabula.

Strabo in.i.

Sapiētissimi q̄ de poeticis quicq; elocuti sūt primā  
quandā philosophiā poeticam esse. afferūt. Et inseri?  
Antiqui uero poeticam primam phiam quandam esse  
perhī bēt: quæ ab ineūte nos ætate adiuviēdi rationes  
adducit: q̄ mores q̄ affectiones edoceat: quæ res ges-  
terans cum iucūditate p̄cipiat. Posteriores uero solum  
poetā ipsum sapientem eē afferuerunt. Quāobrem græ  
corum ciuitates ab ipso primordio eoz liberos i poe-  
tica erudierū: nō nudæ utiq; uoluptatis sed castæ mo-  
derationis gratia: & infra. Nunquid & poetaz audio-  
rib? hihil cofert ad uirtutē ut locoz multoz & mili-  
tiae & agriculturæ gnari existant.

Fabius Quintilianus.li.i.

Deniq; credamus sumis oratorib? qui ueterū poe-  
mata uel ad fidem causaz uel ad ornamētū eloquen-  
tiæ assumunt. Nam p̄cipue qdem apud Ciceronē fre-  
quentis tamen apud Asinū ēt & ceteros q̄ sunt pxi  
mi uidimus Enni ac Pacuvii Lucili Terentii Cæcili  
& aliorum inseri uersus. Sūma nō eruditiois mō gra-  
tia sed ēt iucūditatis. Cum poeticis uoluptatib? aures  
a forensi asperitate respirē: qbus accidit nō mediocris  
utilitas cum sententiis eoz uelut qbusdā testimoniis  
quæ proposuere confirmant.

Idem li.y.

Sententiis qdem poetaz nō orationis mō sūt refer-  
ta sed libri ēt phoz: q̄ q̄q̄ ifferiora oia p̄ceptis suis ac  
litteris credit repetere tamē auctoritatē a pluribus  
uersibus non fastidierunt.

## DE STUDIO humanitatis.ti.ii.

Cicero pro Archia.

Hæc studia adolescētiam agunt: senectutem oblectrā  
secundas res ornant. aduersis p̄fugiū adq; solatiū præ-  
bent: delectant domi. non ipediūt foris pernoctat no-  
biscum peregrinantur rusticāt.

Aulus Gellius.li.xii.c.xy.

## VIRTVS

Qui uerba latina fecerunt humanitatem appellarūt id  
propemodum: quod graci  $\omega\alpha\Delta\epsilon\eta\gamma$  uocat nos eru-  
ditionem institutionēq; in bonas artes dicimus. quas  
qui sinceriter cupiunt appetunt ii sunt uel maxime hu-  
manissime huius, n. scientiæ cura & disciplina ex uni  
uerbis animantibus uni hōi data est iccircoq; hūanitas  
appellata est. Vtq; Cicero pro Archita poēta īngt. Oēs  
a tēs quāe ad hūanitatē pertinēt habēt quoddā cōē uī-  
culū: & quasi cognatiōe quadā inter se continentur.

VNV M deum patrem omnipotētē creato-  
rem cōeli & terræ oīumq; rectorem. iii. Virg. x.

CVm pater omnipotens rerum cui summa potestas  
Infit.

O pater o hominum diuumq; æterna potestas.

Virgilii. iiii.

Ipse deum tibi me claro demittit olympos.

Regnator: cœlum & terras qui numine torquet.

Homerus. iii. iliados.

Iupiter omnipotens rerumq; eterna potestas.

Cuncta tuo tui regna pater sub numine torqueſ.

Quid. ii. tristium.

Iure igitur genitorq; deum rectoreq; uocatur.

Iure capax mundus nil ioue maius habet.

Tullius libro. yi. de rep.

Nihil est enim illi principi deo qui omnē mundum re-  
git quod quidē in terris fiat acceptius quā concilia cō-  
tulū hominum iure sociati quae ciuitates appellantur.

Plynii libro. ii.

Innumerous quidem credere uidelicet deos atq; etiā ex  
uirtutibus uitiisq; hominum ut pudicitiam cōcordiā  
mentem pēm honorem clementiam fidem: aut ut De-  
mocrito placuit duos omnino penam & beneficium  
maiores ad secordiam accedit.

DEVM esse ubiq;. iiii.

Virg. ægloga. iii.

Ab ioue principium mūræ: iouis omnia plena;

Ille coit terras. Lucanus.

Iuppiter est quodcūq; uides quoquāq; moueris.

Virgilii. yi.

Spiritus intus ali totamq; infusa per artus:

Mens agitat molem. Ipse enī est spiritus sine quo  
nihil mouetur aut regitur.

DEVM esse omnibus aequum. y.

Virgilii. x.

# VIRTVS

Rex iuppiter omnibus idem.

Homerus.xx.Iliados.

Deus æquus utrumque respicit.

yllijs.iii.

Mite & cognatum est homini deus.

DEVM gaudere fide.yi.

Acontius ouidianus.

Non boue mactato cœlestia numina gaudent.

Sed quæ præstanda est & sine teste fide.

DEVM gaudere sola etiam uoluntate.yii.

Ouidius.iii.de ponto.

Vt desint uires tamen est laudanda uoluntas.

Hac ego contentos auguror esse deos.

Hæc facit ut pauper ueniat quoq; gratus ad aras;

Et placeat cæsō non minus agna boue.

Nec quæ de parua pauper diis libat acerra.

Tura minus grandi q; data lance ualent.

DEVM colendum & non spernendum.yiiii.

Primo Georgicorum.

In primis uenerare deos. Nemo aut̄ poetas debet acci  
guere q; deos aut̄ diuos dicant. Eo namq; modo acci  
piunt illi quo & romana ecclesia legimus enī Quoniam  
tu dominus altissimus super omnem terram nūmis exal  
tatus es super omnes deos : idest angelos sanctos qui  
dīcuntur dii participatiue.Dan. secundo exceptis diis  
quorū non est cū hominibus conuersatio. Ita Nico  
laus de lira exposuit. Diuus etiā Cyprianus ait deos.ii.  
plures esse participatione nemo negat.

Virgilius.yi.

Discite iusticiam moniti & non temnere diuos.

Homerus.iiii.Iliados.

Contemni numen olympi.

Haud impune sinunt superi sclera impia quanq;

Distulerint: culpas hominum grauiora moraptur

Supplicia.

Homerus.xxi.iliados

Dignus honos superum.

Ibidem.

Ibo equidem: neq; enim magni contemnere fas est

Iussa souis.

Ibidem.

Nam ueror mandata iouis

DE BLASFEMIA.ix.

Tibullus epistola.iiii.tertii.

Nec nos insanæ meditantis iurgia linguae.

Impia in aduersos soluimus era deos.

## VIRTVS.

CHRISTVM tenuisse e celo & uirginem.<sup>x.</sup>

Aegloga.iiii. Vir. e Sybylle dictis.

Manus ab integro seclorum nascitur ordo.

Iam redit & uirgo redeunt saruraria regna.

Iam noua progenies celo demittitur alto.

NE IVRES uana per eum.<sup>xi.</sup>

Acontius Ouidianus.

Tantum periuria uita.

Ouidius.i.de amoribus.

Non bene conducti uendunt periuria testes.

FIDE M seruandam.<sup>xii.</sup>

Dido ouidiana.

Nec uiolasse fidem tentantibus æquora prodest.

Perfidiae poenas exigit ille locus.

Ouidius in.iii.artis.

Reddite depositum: pietas sua foedera seruet.

Fraus absit: uacuas cædis habete manus.

Syllius.li.ii.

Neu rumpere foedera pacis.

Nec regnis post ferre fidem.

SABBAT A sanctifices.<sup>xiii.</sup>

Tibullus.i.elegia secundis.

Luce sacra requiecat humus requiescat arator.

Et graue suspenso uomere cesser opus.

Omnia sint operata deo: non audeat ulla.

Lanificam pensis imposuisse manum.

Iuuenal is sat.yi.

Ille petit ueniam quotiens non abstinet uxor

Concubitu sacris obseruandisq diebus

NATALI die sacro & orandum & sacrificandum.<sup>xiv.</sup>

Tibullus.ii.epistola secundi.

Dicamus bona uerba tenuit natalis ad aras

Quisquis ades lingua uir mulierq fauē.

Vrantur pia tura foci urantur odores

Quos tenere terra diuite mittit arabs

CASTA placere deo & superius.<sup>xy.</sup>

Tibullus epistola.i.secundi.

Vos quoq abesse procul dubio. Discedat ab aras

Cui tulit hesterna gaudia nocte uenus.

Castas placent superis: pura cum ueste uenitez:

Et manibus puris sumite fontis aquam.

Virgilii.iii.

Hac casti maneat in religione nepotes.

Habcas in honore parentes.<sup>xyi.</sup>

# VIRTVS

Virgilius.ii.xen.

Eia age charc pater ceruici imponere nostræ,  
Ipse subito humeris: nec melabor ista grauabit,  
Quo res cunq; cadent unum & cœ' periculum  
Vna salus ambobus erit.  
Ascanium Anchisenq; patrem teucrosq; penates  
Commendo sociis.

Idem in. ix.

Vnum oro genitrix primi de gente uetusta  
Est mihi: quam miseram tenuit non ilia tellus  
Mecum excedentem non moenia regis acestæ.  
Hanc ego nunc ignaram huis quodcumq; pericli est  
Inq; salutatam linquo. nox & tua testis  
Dextera: q; nequeam lachrymas perferrre parentis.  
At tu oro solare inopem: & succurre relictæ.  
Hanc sine me spem ferre tui. hac audencior ibo  
In casus omnis.

NON occisor eris. xyii.

Iuu. sat. yiii.

Respic quid moneant leges: quid curi mandet?  
Præmia quanta bonos maneat.

Ouid. Fast. ii.

Ah nimium faciles qui tristia crimina cædis  
Fluminea tolli posse putatis aqua.

Syllius. iiii.

Cædumq; feros auertite ritus.

Ouid. in. iii. artis.

Vacuas cædis habere manus.

NON sur. xyiii.

Iuu. sat. iii.

Me nemo ministro sur erit

NON moechus. xix

Iuu. sat. xiiii

Nil dictu fœdum uisuq;: hæc limina tangat  
Intra quæ puer est. procul hinc procul inde puellæ  
Lenonum: & cantus pernoctantis parasiti.  
Maxima debetur pueri reverentia: siquid  
Turpe pares nec tu pueri contempseris annos:  
Sed pacaturo obsistat tibi filius infans.

Tibulus. iii. epistola tertii.

Ah pereat didicit fallere figura uirum.

Ouid. in arte.

Odi concubitus qui non utrinq; resolunt  
Hoc est cur pueri tangar amore minus.

Tibullus.

## VIRTVS

O fuge te teneræ puerum credere turbæ.  
Nam causam iusti semper amoris habent.

Ouid.ii.de fine titulo

Decepta est opera nulla puella mica.

NON testis iniquus.xx.

Iuu.fatyra Octaua.

Esto bonus miles:tutor bonus:arbiter idem.

Integer ambigue si quando citabere testis

Incertæq; rei.phalaus licet imperet ut sis

Fallus & admodo dictet periuria tauro.

NON ulli nuptiam cupias.xxi.

Ouid.iii.artis

Nuptia uitrum timeat:rata sit custodia nuptæ.

Hoc docet.leges iusq; pudorq; iubent.

Iuu.sat.iiii.

Nemo malus foelix minime corruptor & idem

Incestus:cum quo nuper uitata iacebat

Sanguine adhuc uiuio terram subitura sacerdos.

Ouid.ii.tristium.

Sed neq; me nuptæ didicerunt furta magistro.

Homerus.xxii.iliados.

Coniunx crepta marito

Tanti caula mali & belli reddatur origo

Tyndaris:& quicquid cum pellice uexit adulteri.

Ouid.i.de remedio.

Nil mihi cum nupta thais in arte mea est.

NEC rem cupias alienam.xxii.

Iuu.sat.yiii.

Prima mihi debes animi bona sanctus habet

Iustitiaq; tenax.

DE superbia & uanagloria.xxiiii.

Iuu.sat.xiii.

Vixtrix fortunæ sapientia:Dicimus autem

Hos quoq; foclices:qui ferre incommoda uitæ

Nec tactare iugum uita didicere magistra.

Tibullus circa finem.

Procul absit gloria vulgi.

DE auaritia.xxiiii.

Iuu.sat.xii.

Non propter uitam faciunt patrimonia quidam

Sed uitio cæci propter patrimonia uiuunt.

Idem sat.xiiii.

Sed quæ reuerentia legum.

Quis metus:aut pudor est unq; properantis auariæ

# VIRTVS

Mensura tamen quæ.  
Suficit census si quis me consulat edam  
In quantum sitis atq; fames & frigora poscent:  
Quantum epicure tibi paruis sufficit in hortis.  
Quantum socratici ceperunt ante penates.  
Nunq; aliud natura aliud sapientia dicet.  
Crescit amor nūni quantum ipsa pecunia crescit.

Iuu. sat. yiii. Modumq;

Pone & auaritiae: miserere inopum sociorum,  
Ouid.i.fast.

Tempore creuit amor: qui nunc est summus habenda  
Vix ultra quo iam progredivatur habet.  
Creuerunt & opes & opum furiosa cupido.  
Et cum possideant plurima, plura pertunt.  
In pretio pretium nunc est: dant census honores:  
Census amicitias, pauper ubique iacet.

Cicero, i.de legibus.

Quid enim scelius auaritiae: Quid inanius libidines  
Ouid.i. de amoribus.

Turpe reos empta miserios defendere lingua.  
Quod faciat magnas turpe tribulat opes.

DE luxuria.xxy.

Tibulus epistola.yii.tertii.

Quid queror insoelix turpes discidite curæ.  
Ouid.ii. de remedio.

Ad mala quisq; animum referat sua, ponet amorem  
Ibidem.

Nec minus erucas aptum est uitare salaces.  
Et quicquid uene ti corpora nostra parat.  
Vtilius sanas acuentes lumina rutas.  
Et quicquid ueneri corpora nostra negant.

Ouid. ix.met.

Quo seror: obscenæ procul hinc discedite flatimæ,

Seneca in Hippolyto

Compescit amoris impii flamas precor.

Seneca in octavia.

Totum per orbem maximum est exortum malum.

Luxuria pestis blanda.

Luxurie prædulce malum quæ dedita semper

Corporis arbitriis hebetat caligine sensus.

Tul in paradoxis.

Refrenet primū libidines: sonat voluptates: Iracū dīa.

Tēeat: coerceat auaritiā: ceteras animi labes repellat.

DE ira:xxxi. Iuu. sat. yiii.

## VIRTVS

Expectata diu tandem prouincia: quum te  
Rectorem accipier: pon æ iræ frenæ modumque  
Pone & auaritiae: iniit et in opus sociorum.

Homerus. viii. illados.

Procul hinc procul ira recedat.

Quæ turbat sapietè hominem qui falsa per artus  
Humanos: umi surgit crescentis ad instar Pelimæ:  
Homerus. xx. illa.

Iurgia iam censem mos est mulieribus iste.

Quum rixas acuunt & se clamore soluto  
Extra testa ferunt & uerba minantia iactant.

Horatius odarum. i.

Iræ thyesten exitio graui

Strauere: & altis urbis ultimæ

Stetere cauile cur perirent

Funditus imprimere tæ muris

Hostile aratum exercitus insolens.

Ouidius. i. de sine titulo.

Sed nunq̄ dederis spacio sum temporis in iram

Sæpe similitates ira morata facit.

DE gula. xxyii.

Iuu. sat. xi

Interea gustus elementa per omnia querunt.

Nunq̄ animo prætis obstantibus. interius si

Attendas magis illa fuuantque pluris emuntur.

Nec nullum cupias Cum sit tibi gobio tantum

In loculis quis enim te deficiente crumenæ

Et crescente gula manet exitus ære paterno

Ac rebus metris in uentre:

Tales ergo cibi qualis domus atq̄ supellex.

DE inuidia. xxyiii.

Ouid. iii. tristium.

Vitue sine inuidia.

Tibulus circa finem

Nil opus inuidia est: procul absi gloria uulgi

Plin. i. epistolarum.

Neq; n. ego ut multi iuedeo aliis bonū quo ipse careo

Cicero pro lucio Cornelio.

Et m. huius saecuui labes qdā & macula virtutii uidere.

DE Accidia. xxix.

Iuu. sat. ix.

Non erat hac facie miserabilior Crepetesus

Pollio: qui triplicem usuram præstare paratus

Circuit: & fatuos non inuenit: unde repente

Tot rugæ: certe modico contentus agebas

VIR T V S.

Vernam equitem: coniuia ioco mordente facetus  
Et salibus uehemens intra pomeria natis.  
Omnia nunc contra: uultus grauis hortida siccæ  
Silua comæ nullus tota nitor in cute.

VOTA & preces agendas, xxx:

Virgilius.yi.

Cessas i uota p̄cesq; Tros ait ænea cessas

Ouid.i.de arte.

Flectitur iratus uoce rogante deus:

Fast.y.

Sæpe iouem tridi quum iam sua mittere ueller  
Fulmina ture dato ubstinuisse manum.

POENITENTIAM iuuare, xxvi:

Ouid,i.de.pon.

Sæpe leuant poenas eruptaq; lumina reddunt  
Quum bene peccati poenituisse uident.

Seneca in thyeste:

Quem poenitet peccasse poena est innocens:

NON credendum cantribus, xxxii.

Ouid,i.de remedio

Deme ueneficiis Carminibus fidem.

Dido Mantuana

Testor chara deos & te garmana tuimq;

Dulce caput: magicals intuitam accingier artes

SOLā peccadi uolūtate h̄ri p facto crimē. xxxiii.

Iuu. Sat. xiii.

Has patit ur poenas peccandi sola uoluntas

Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum

Facti crimen habet.

Vir.yi.eisdem docet eē in tartaro.

Ausi omnes immane nefas ausoq; potiti.

FESTA luce non esse uēdēdū emēdūue. xxxiv.

Iuu. sat. xiii.

Quæ tam festa dies ut eesset prodere surem:

Perfidiam: fraudes: atq; omni extrimine lucrum

Quæsitum: & partos gladio uel pyxide nummos:

VINDICTAMquæri non debere. xxy.

Iuu. sat. xiii. Quippe minutū.

Semper & inferni est animi exiguiq; uoluptas

Vltio: conti nuo sic collige: q; uindicta

Nemo magis gaudet q; foemina.

ANIMAS immortales. xxvii.

Ouid.xy.met.

Morte carent animæ.

## VIRTVS

Tullius libro.yi.de rep.

Et ut mundum ex quadam parte mortalem ipse deus  
æternus sic fragile corpus animus sempiternus mouet.

Manilius libro quarto.

An dubium est habitare deum sub pectore nostro.  
In coelumq; redire animas cœloq; uenire.

Seneca in thyeste.

Mortem aliquid ultra est uita.

INfernū esse malorum poenam.xxyii.

Vir.yi.

Hac iter Elysium nobis. At leua malorum  
Exercet poenas: & adimpia tartara mittit:  
Gnosius haec rhadamanthus habet durissima regna.  
Castigatq; auditq; dolos: sub gitq; fateri,  
Quæ quis apud superos furto lætatus inani  
Distulit in seram commissa piacula mortem.  
Hic quibus inuisi fratres dum uita manebat  
Pulsatusc parens & fraus innixa clienti.

Aut qui diuitiis soli incubuere repertis  
Nec partem posuere suisq; maxima turba est.  
Quiq; ob adulterium cæsi: quiq; arma securi  
Impia:nec ueriti dominorum fallere dextras.

Inclusi poenas expectant &amp;c.

Vendidit hic auro patriam: dominumq; potentem  
Imposuit: fixe leges precio atq; refixit:  
Hic thalamum inualit nate ueritosq; hymenæos.  
Ausi omnes immane nefas ausloq; potici.  
Ergo exercentur poenis: ueterumq; malorum  
Supplicia expendunt aliæ panduntur inanes  
Suspensæ aduentos: aliis sub gurgite uasto  
Infectum eluitur scelus aut exuritur igni.

Seneca tragedia.i.

Certus inclusos tenet locus nocentes.

Puniri post mortē qui an nō purgari scelus.xxyiii.

Vir.yi.

Gnosius haec rhadamanthus habet durissima regna.  
Castigatq; auditq; dolos subigitq; fateri  
Quæ quis apud superos furto lætatus inani  
Distulit in seram commissa piacula mortem.

Ciceru pro millone.

Et poenā semp ante oculos uersari putēt q; peccauerint  
PARADISVM seu beatior locū iueniri,xxxix.

Vir.yi.

Deuenere locos lætos &amp; amena uireta

VIR T V S.

Fortunatorum nemorum sedesq; beatas.

Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi.

Quiq; sacerdotes casti dum uita manebat.

Quiq; pii uates & phœbe digna locuti

Inuentas aut qui uitas excoluere per artes.

Quiq; sui memores alios fecere merendo.

IMPIVM. displicere deo. x<sup>l</sup>.

Dido Ouidiana.

Pone deos & quæ tangendo sacra prophanas

Non bene coelestes impia dextra colit.

Catullus

Nec facta impia fallacium hominum coelicolis placet

Seneca tragedia. i.

Vt fertifama impios suppicia uinculis

Sæua perpetuis dominant.

Quid orandum a deo. xli.

Iuu. sat. x.

Orandum est ut sit mens sana in corpore sano.

Fortem posce animum & mortis terrore carentem;

Quis spatiu uitæ extremum inter minera ponat

Naturæ qui ferre queat quoscunq; labores:

Nesciat irasci cupiat nihil: & potiores

Herculis erumnas credat saeuosq; labores

Et uenere & coenis & plumis sardanapali.

Permittes ipsis expēdere numinibus quid

Conueniat nobis rebusq; sit utile nostris

Nā p iocundis aptissima quæque dabūt dii:

Charior est illis homo q; sibi: nos animorum

Impulsi & cæca magnaq; cupidine ducti

Coniugia petimus partumq; uxoris: at illis

Notum qui pueri qualisq; futura sit uxor.

Syllius. iii.

Iusta ite precati

Thure pio: cædumq; feros auertite situs.

IRA dei quid possit. xli.

Ouid. y. cristium.

Plus ualet humanis uiribus ira dei.

Homerus. y. ilisos.

Dura quidem res est mortalibus ira deorum.

VENENA non danda: nec scelera cogitada. xlili.

Tibullus. iii. epistola: tertii.

Nec mortiferis infecit pocula succis.

Dextera nec cuiq; certa uenera dedit.

Nec nos sacrilegi templis amouimus ægros.

Nec corsollicant facta nefanda meum.

## VIRTVS.

Idem. vii. epistola tertii.

Quid queror ifcelix: turpes discedite curæ.

CVI TVM honustum fore. xlivii.

Phædra ouidiana.

Sint pcula nobis iuuenes ut foemina cōpit.

Fine poli modico forma uirilis amat.

Ouid. i. de arte.

Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos.

Nec tuo mordaci pumice crura teras.

Forma uiros neclcta decet.

QuALE S esse oportet xly.

Iuuēa. sat. viii.

Malo pater tibi sit therlices dummodo tu sis.

Aeacidae similis uulcaniaq; arma capessas.

Quam te thersitæ similem producat achilles.

ALEAM fugiendam. xlii.

Iuuēa. sat. ii.

Et quando uberior ultiorum copia: quando

Maior auaritiae patuit sinus: alea quando

Hos animos: neq; enim loculis comitantibus itur.

Ad casum tabulae: posita sed luditur arca.

Prælia quanta illuc dispensatore uidebis.

Armigero: simplex ne l'urot festertia centum

Perdere: &amp; horrenti tunicam non reddere seruo.

Iuuēa. sat. xiiii.

Si damnosa senem inuat alea: ludit &amp; hæres.

Ouid. i. de arte.

Disce bonas artes moneo romana iuuentus:

secundo de arte.

Sit procul omne nefas: ut ameris amabilis esto.

NON esse publicanda malefacta. xlii.

Ouid. iii. tristium.

Crede mihi bene qui latuit: bene uixit: &amp; intra

Fortunam debet quisquis amare suam.

Seneca in hippolito.

Alium silere quod uoles: prius file

Ouid. iii. de amoribus.

Quis furor est quæ noctæ latent in luce fateri.

Et quæ clam facias facta referre palam

Ouid. ii. de remedio.

Nec peccata refert

SACRA non tangenda a prophanis. xliii.

Secundo æncidos.

Tu genitor cape sacra manu: patriosq; penates

Me bello ex tanto dicressum &amp; cæde receti

# VIRTVS

Attriccare nefas: donec me fiumiue uiuo.

Abluero: Dido ouidiana.

Pone deos: & quæ tangendo lacra prophanas:

Non bene coelestes impia dextra colit.

NON esse facinus legere uersus molles. xl ix.

Ouid. ii. tristium.

Non tamen est facinus molles euoluere uersus.

Multa licet caste non facienda legant:

Catulus.

Nam castum esse decet piuum poetam.

Ipsum: uersicolos nihil necesse est.

QUARE mortaliū qdā a dei cultu abhorret. L.

Iuue. sat. x.

Omnibus in terris: quæ sunt a gadibus usq;

Auroram & gangen: pauci dignoscere posunt

Vera bona: atq; illis multum diuersa: remota

Erroris nebula: quid enim ratione timemus

Aut cupimus.

Rari quippe boni numero uix totidem quot:

Thebarum portæ: uel diuitis hostia nili.

Sunt qui in fortune iam casibus omnia ponant

Et nullo credunt mandum rectore moueri.

Natura uolente uices: & lucis: & anni

Atq; ideo intrepidū quæcūq; altaria tangunt:

Est aliis metuens ne crimen poena sequatur.

Hic putat esse deos: & periat: atq; ita sequum

Decernat quodcūq; uolet de corpore nostro.

Isis: & irato feriat mea lumina fistro:

Dūmodo uel cæcus teneā quos abngeo nūmos,

Vt sit magna tameu certe lenta ira deorum est.

Syllius. iii.

Meu primæ scelerum causæ mortalibus aegrīs

Haturam nescire deum: iusta ite præcati:

Ture pio: cædumq; feros auertire ritus

Nite & cognatum est homini deus.

A CANIVS quatrasilius sermoneranus

Quod te uita docet q; sit castissima uatum.

Per Mancinellum sultipe lector opus.

# VITE SYLVA PERANT MANCINELLVM

Væ mihi terra pens: q; me genuerū pñtes alūnis

Cognomē fuerit q; rōne datū

Quæ mihi iuncta toro: qbus & cōitatus

**Q**

## VIRTVS.

Hinc studia: hinc mores calliopea refer.  
 Volvorum insignis magna & populosa uelutæ.  
 Est urbs: in latio rura uetus tenens  
 Colle sita est humili: clypei cui forma rotundi:  
 Porta duplex: insunt bis pia templa decem.  
 Sunt putei cœlestis aquæ: puteique huentis:  
 Circunstant septem incenia fonticuli.  
 Sunt plateæ: pulchræque domus sunt strata uiarum  
 Est in conspectu mons mare saltus ager.  
 Est Pomptina palus. Circuui: Asturia turris:  
 Moenia nuntiumæ fluctibus huda maris.  
 Non procul inde Antium fortuna regia quondam.  
 Ardea non longe est: urbs Lanuvina prope  
 Sermoneta iugo: Norbe: Cora: maxima turris.  
 Prænestæ a tergo montibus impositum.  
 Distat ab urbe quidem uiginti millia passum.  
 Triginta a circes sedibus urbe iugis  
 sunt fontes agro passim: sunt arua: gregesque:  
 Vincta: arbustum: pascua: rura: nemus.  
 Hinc alimenta ignis: uolucrum genus omne paratur.  
 Hinc quoque fuluus aper: caprea: cerua: lepus:  
 Græcula uina quibus gnosi mitissima cedunt:  
 Gargara uix legetes tot Libue ferunt.  
 Quot mare tyrrheno pisces capiuntur: ad urbem:  
 Hac pergit: hinc est copia magna uiris.  
 Non desunt lacuum pisces: non fluminis ullit  
 sub dictione licet flumina nulla lacus.  
 Augusti patriam prisci dixerat latini:  
 Cæsaris imperium cui tribuere poli.  
 Ante diu q̄ natus erat nam fulmine tacta  
 Parte urbis: Vates consuluerat pios.  
 Responsim quandoque fore: ut rerum potiretur  
 Cuius: in Augusto sors ita uera fuit.  
 Hæc eadem conferta uiris: quibus oppida nulla  
 Clara magis: seu lex seu medicina placet:  
 Astrorum cœlicque vias: rerumque tenere  
 Causas: cœlicolum numina nosse deum:  
 Pontifici summo tantum subiecta potitur.  
 Iure suo: & quicquid prouenit ex aliquo.  
 Liberius nulla est sacrae ditionis alumna  
 Hac: ubi parturiens Angela te genuit.  
 Nomine digna suo uirguncula iuncta Ioanni  
 Casta quidem mitis fida uenusta pudens.  
 Octo & uiginti uonduum possederat annos

VIRTVS.

Idibus augusti dormiit alta petens  
Quinq; tamen genitis mulier prius edita partus  
Hinc tu: post alius nomen cui referens  
Hinc Bernardinus:nata hinc cognomine primæ  
Infantes pereunt tres: duo tecta colunt.  
Bis duo post mensis iacoba est tradita patri:  
Angela nata tibi nomina matris habens.  
Corpo non alto fuerat pater inclitus acri  
Ingenio: quamuis gramma nulla sibi.  
Sæpe magistrorum gessit nam sæpe Nouemus  
Electus: sæpe missus ad ora ducum.  
Iudeos pepuli Cuius ob fœnore pressos:  
Constituit montem qui pietatis inest.  
Lege tamen posita fieret ne scenus ab illo  
Amplius: & poena est omnibus inde data  
Tentauit quandoq; tamen gens impia rursus  
Allicere speta religione canes.  
Concilium perfidit genitor suribundus & acer  
Tum minitans clamat crimen onusq; fore.  
Proh superos: Aurum tanti est: ut iura fidemq;  
Dissoluat contra fasq; piuumq; simul.  
Hebræus sed enim romæ corruperat omnes:  
Vix tamen egressus fulmine tactus obit  
Tum patrem dixerat pius: miracula cuncti  
Dixerunt precibus talia facta patris  
Ex illo nemo est ausus tentare nefanda:  
Et magis atq; magis mons pietatis habet.  
Post ubi lustra decem Genitori parca peregit  
Destitit heu pietas quid iuuat esse pius.  
Impia fata uiro morem tribuere nefandam  
Et si cultor erat maximus ille deum.  
Impia facta nimis subita praecordia labet  
Preferunt: cecidit lingua animusq; simul.  
Indoluerit omnes orbati ciue benignoq;  
Non aliter q; si patria capta foret.  
Tutamen ante alios luctu miserandus: & altet  
Quotibi restiterat grat us orbe nihil.  
Lugebas merito charo genitore perempto  
Cui fueras uita charior igle sua.  
Nam te dilexit plusquam pater ullus amat:  
Hinc labor omnis ei non labor ullus erat.  
Nec Bernardinum cura leuiore colebat:  
A quo: ut ledæo Castor: amatus eras.  
Dum passa est atropos saeuissima: dumq; sorores:

## VIRTVS.

Dum licuit cælo sideribusq; frui  
 Quinq; & enim lustris exacti temporis usus.  
 Post obitum nono mense parentis obit.  
 In soelix nimium romæ sine fratre peremptus  
 Dum uacat inuentis Delphice Apollo tuis,  
**A**ccessit cumulus fraterna morte parentis  
 Iacture: accessit luctus & usq; dolor.  
**H**ic opus arte fuit ne te quoq; portitor ac*ri*  
 Mœrore affectum serrens acciperet.  
 Profuit interdum sapientum uisere libros  
 Profuit & sommo lumina moesta dare.  
**I**am tibi cognomen dederit quæ causa docebo  
 Cum dederit primis ante Palumbus auis.  
**D**um Stephanus puer esset Avis: Leuoq; lacerto  
 Fortior: accepit quod tibi nomen inest.  
**T**u dexter. Natiq; tui: fraterq; Paterq;  
 Sed Mancinelus dicere sicut Avis.  
**A**ngela iuncta tibi iuni post octo calendas  
 Atq; decem: Nono mense pergit opus:  
 Porphyrium genuit: quinquennium pestis ademit:  
 Martha secunda fuit peste perempta simul.  
**P**indarus: & Quintus: festus quoq; te comitantur:  
 Prisca: Aquilinus item: uel Titus astra tenent.  
 Ordine cuncta modo referam qnaecunq; superfunt:  
 Ut studia: ut mores: quæ tibi parca dedit.  
**G**rāmaticen puerum docti docuere latini:  
 Cura tui fuerat maxima nati patri:  
 Qui rector custosq; pius Venusius ut olim  
 Expulit omne nefas: contulit omne decus.  
**C**onsilio cuius ciuilia iura petisti  
 Ad logicam uertit post medicina uitrum.  
**A**d quoniam data sunt mortalibus omnia cœlo  
 Pieridas uoluit reddere Virgo tibi.  
**p**ræteritis igitur septem ter messibus æui  
 In patria doctor publicus eligeris.  
**V**erborum regimen: Variatio: spica: figuræ  
 Thesaurus: flores: hic uigilata prius.  
**G**ymnasiū post Roma dedit: Commenta Maronis  
 Tum satyri: hinc flacci: uersilogumq; paris.  
 pomponi hortatu uenetas deductus ad oras  
 Laurenti limam scribis: & inde modum.  
 Somnia quis maior declaras Kipio uisus:  
 Rhetoricenq; simul uel Ciceronis opus.  
 Segnis ad idam cauisti furta maritæ:

# VITA

Cauisti quicquid turpius esse potest  
 Non Auidus rerum nisi quas natura requirit:  
 Nemo tibi captus fraude dolisue fuit.  
 Nil præter rectum placet & laudabile: quicquid  
 Turpe fugis: toleras qualiacūq; libens.  
 Hinc placidus.mitis. uercundus:relligioni  
 Deditus:hinc optas relligione frui:  
 Mentiris raro:negligis conuicia magnus:  
 Irato cedunt ira furorq; grauis.  
 Munere nam diuum patiens tolerare paratus  
 Quicquid in orbe tibi fata dedere mali.  
 Somni quā minimi curarum mole repressus:  
 Nam tibi ni doceas uictus adesse nequit.  
 Sæpe necessariis caruisti: Coelius olim  
 Paslus idem:Nec nunc Aureus unus adest.  
 Post obitum uit.ens:aqua uel cibus:optima forma:  
 Sacrorum cultus: somnia grata ferunt.  
 At uenit e contra: nummi: uel monachus: ignis.  
 Auspicio cornix ille uel esto malum.  
 Corpore non tenui nec pleno longus haberis  
 Nigro octoginta lumine pollicibus.  
 Cumq; nihil doleas sincero corpore toto  
 Iam decies annos quattuor inde tenes.  
 Mille & quingenti fiunt nunc octo remotis  
 A puero cycli: quem pia Virgo parit.  
 Sextus Alexander cleri iam pastor habetur:  
 Post tamen Eugenii tempora lumen adis.  
 Hactenus ista satis: uerum si plura supersint  
 Adiiciam post hæc omnia: iamq; Vale,

**FINIS.**

Impressum Mediolani Per Petrum Martirē de Man  
 regatiis. Ad impensa Domini Iohannis de Legnano.  
 Anno a nativitate dñi. M.cccc.die. x. Mensis iunii.



Junc  
 301